



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

6. Octobris. Ite, & mundum accendite universum. S. Ignat. apud Cardin.  
Ludovis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

6. Octobris.

*Ite, & mundum accendite univesum. S. Ignat. apud Cardin. Ludovis.*

**S**I minor, quàm in igne, sit Apostolica  
flor, sufficiens non est, qui gelida mon-  
talium corda juvet. Ut decoquatur scoria,  
ut ferrea corda in vias rectas dirigantur,  
igne opus est, mitioribus mediis in vetera-  
tum non cedit malum.

Facilè sopitur calor, ubi ignis abest.  
Constantia in repurgando mundo neces-  
saria est; quæ si desit, sordidus manebis  
novis in dies accrescentibus. Et unde tan-  
tus calor? nisi domi focus ignem alat.

Lucet ignis, & ardet: paria sunt Apo-  
stoli officia: duplici nempe viâ corrigend-  
us est mundus: Verbi prædicatione, &  
operis exhibitione. Claudicat zelus, qui  
alterutro destituitur.

Totus mundus in maligno, malo igne,  
positus, etiamnum ardet, ut Sodoma, nec  
aliter, quàm ignibus ignis iste sopietur,  
sed majoribus. Ubi abundat hominum  
malitia, ibi tua superabundet diligentia.

7. Octo-